



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

102 Sixtus V. quos Urbis incolas varijs privilegijs nunciaverit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ibus bona emphiteutica unâ cum empomatibus, omnibusque aliis melioramentis ad ecclesiam devoluantur, *ut l. 2. C. d. 100 jur. emphiteu. Alexand. cons. 44. num. 7. & 18. lib. 3. Specul. de loc. & emphit. lib. 4. par. 3. n. 34. 112. & 157. & Corbul. de caus. privat. ob rei deter. num: 13. de caus. privat. ob non solut. canon. ampliat. 36.*

102 Quarto casu, ꝑ quo, servatis servandis, fuerint prædia ecclesiastica in emphiteusim concessa, tunc, aut ab emphiteuta in eisdem terminis, & statu, in quo fuerunt emphiteuicata, possidentur, & hoc casu, nullo etiam exquisito colore possunt laici ab emphiteuta prædiorum ecclesiasticorum collectarum exactiorem prætereundum, quia immunitas dictorum

103 prædiorum ꝑ cum sit realis, *Levit. cap. 7. cap. nullum liceat, 12. quest. 2. cap. generaliter, §. novarum, 16. quest. 1. Rot. divers. decis. 23. num: 6. par: 2. cum aliis supra allegatis.* transit ad quemcumque cum

104 eisdem bonis ecclesiasticis, & ꝑ ea gaudent laici, eadem bona in emphiteusim possidentes, *gloss. in dict. cap. generaliter §. novarum in vers. mancipia, 16. quest. 1. Abb. cons. 9. num. 2. vers. si enim eximitur, par. 1. Paris. cons. 69, num. 6 lib. 1. & alii supra eodem. cap. 33. citati,* quibus addo in terminis emphiteusis ecclesiasticæ, *Bart. in l. privata, num. 2. C. de excus. mun. lib. 10 quem sequitur las. in l. 1. num. 31. C. de jur. emphit. gloss. unis. in l. honorem, ff. de mun. & honor. quam pro hac opinione sequendo, Bart. citat Purpa. in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. hanc etiam opinionem pluribus probat Petr. de Ubalin tract. collect. in fin. & post Bart. Bald. & Alexand. quos citat eandem opinio-*

nem sequitur Bertach. *in repert. sub. ver.*

100 Collectam emphiteuta ꝑ distinguens, quod secus est in emphiteuta privati, quantum distinctionem tenet etiam & probat Boss. *titul de princip. & privil. eid. 123. iunct. num. 128.*

106 Rationem ꝑ quare pro bonis emphiteuticis, quæ laicus habet ab Ecclesia non teneatur solvere aliquam collectam, adducit las. nempè ex eo, quod dicta bona sint perpetuò pensioni obligata, & pro eis quolibet anno canon solvatur; ideo nullam communi pro his deberi collectam; ne pro emphiteusi Ecclesiastica duplicia onera sustineantur, *ut ead. l. 1. dicto num. 31. post Felin. Rom. Socin. Feder. de Sen, Alexand. Dec. & alios quos citat Cardin. Tusch, in pract. conclus. sub rubr. oner. duplic. conclus. 136. n. 3. tom. 5.*

107 Quod etiam ꝑ altera ratione firmatur, quia licet statutum laicorum non potest disponere super rebus Ecclesiasticis, etiam si talia sint bona, quorum utile dominium spectet ad laicos, *cap. qua in Ecclesiis, ubi Abb. num: 2. de constit. cum aliis supra numer: 90. & seq. allegatis, & mox citand. u*

108 Statuta enim ꝑ laicorum etiam, quod non disponant de ecclesiis, vel clericis, nec in materia tangente privilegia, vel jura clericorum, aut ecclesiarum, sed simpliciter aliquid honestum disponant in præjudicialibus non ligant, nec comprehendunt clericos, nec ecclesias, seu bona ecclesiastica, quidquid modernis temporibus in contrarium tenuerit Capiblane. de Baron. *pragm. 1. sub. num: 198. & seq.*